



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

76 Pręterea contingit aliquando, q[ue] alter coniugum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tenti, non etiam ampliore iusto, peccatibus egregij illi, mas
leq; officiosi Officiales extorqueret pecunie summam, dupli
ciq; delinquentes puniret poena. Qua re, miru q; multi offen
dantur. Quod q; iniquum, q; lōge a Christi instituto sit alie
num, cuiq; sanę mētis coniectura assequendum relinquitur.
QVOMODO FVNESTAE PECVNIAE INTVITV
ecclesiastici iudices & officiales illegittimas cohabitationes
& vsuras tolerant.

75 Præterea officiales auri sacra pellecti fame, vsuras ac pe
cuniæ foenus illicitum, nedum non interdunt, sed & passim
permittunt, fouent, ac tutantur. Insuper etiam clericos, reli
giososq; & sæculares, accepto ab eisdem annuo censu, pub
lice cum suis concubinis, pellicibus, & alijs id genus meret
ricibus, illegittime cohabitare, liberosq; procreare sinunt.
Quę res ambę quantū scādali, periculi, detrimenti, fortunis,
animabus & corporibus pariant, non est quod recenseatur,
quum nemo id, nisi talpa cæcutiat magis, non videat.

76 Præterea contingit aliquando, q; alter coniugum, belli, vo
torum, seu alia quapiam causa peregre proficiscatur; qui si
aliquando diutius, q; alterius conferat libidini, absit, tum offi
cialis alteri; pacta tamen numerataq; prius mercede fati ma
gna: cum alia victitare persona ac cohabitare indulget, non
præhabita prius diligentī vestigatione, superstes ne sit abiēs
coniunx, an nature cōcesserit. Et ne hoc eorū factū a quoq; cas
lumniari posset, tolerantię nomen ei, nō sine magno mortalium
offendiculo, sanctiq; matrimonij contemptu indiderunt.

VT OFFICIALIVM DELEGATI SEV SYNODA
les iudices illicitos e domibus cēsus exigant.

Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, q; syno
77 dales iudices quarundam regionū oppidula & vicus ostias
tim peragrant, censusq; e domibus annuos exigunt; quos
vbi tenuis plebecula persolvere nequit, protinus cum excō
municationis iaculis petitur, ad eorum quoq; censuum cum